IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)

6"

Photographic Sciences Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CIHM/ICMH
Microfiche
Series.

CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- [ ] Coloured covers/ Couverture de couleur
- [ ] Covers damaged/ Couverture endommagée
- [ ] Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- [ ] Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- [ ] Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- [ ] Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- [ ] Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- [x] Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- [ ] Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- [ ] Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- [ ] Additional comments:/ Commentaires supplémentaires:

- [ ] Coloured pages/ Pages de couleur
- [ ] Pages damaged/ Pages endommagées
- [ ] Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- [x] Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- [ ] Pages detached/ Pages détachées
- [x] Showthrough/ Transparence
- [ ] Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- [ ] Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- [ ] Only edition available/ Seule édition disponible
- [ ] Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
							✓				

The co
to the

The in
possib
of the
filmin

Origin
begin
the la
sion,
other
first p
sion,
or illu

The la
shall
TINU
which

Maps
differ
entire
begin
right
requi
meth

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —▶ (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —▶ signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

1	2	3

1
2
3

1	2	3
4	5	6

(*Circulaire au Clergé.*)

ARCHEVÊCHÉ DE QUÉBEC,
1er Septembre 1869.

MESSIEURS,

Je me fais un devoir de vous communiquer les réponses suivantes, qu'il vous importe de connaître :

1° De la S. Congrégation des indulgences, concernant les jeûnes prescrits pour gagner l'indulgence plénière en forme de Jubilé accordée par les Lettres Apostoliques du 11 Avril de la présente année ;

2° De la S. Congrégation des Rites, concernant l'oraison du S. Esprit commandée par les mêmes Lettres Apostoliques ;

3° De la même Congrégation, à la question de savoir si, dans le cas où l'on est obligé de faire une sépulture un jour de Rogations, etc., on peut omettre la messe des Rogations pour chanter le service ;

4° Du Préfet de la S. Congrégation de la propagande, touchant la confession des hérétiques que l'on baptise sous condition après leur conversion.

I.

RESPONSA

S. POENITENTIARIAE APOSTOLICAE ET S. C. INDULGENTIARUM

QUIBUSDAM DUBIIS PROPOSITIS

Occasione Indulgentiae Plenariae in forma Iubilaei, quam Sanctissimus Dominus Noster PIUS PP. IX. benigne concessit Apostolicis Litteris diei 11 *Aprilis* 1869.

EX S. CONGR. INDULGENTIARUM.

Editis Litteris Apostolicis in forma Brevis die 11 Aprilis 1869, quibus SSmus Dominus Noster Pius Papa IX. omnibus Christifidelibus Indulgentiam Plenariam in forma Iubilaei occasione Oecumenici Concilii concessit, huic S. Congregationi Indulgentiarum, et SS. Reliquiarum infrascripta proposita sunt dubia *praesertim circa ieiunia*, quae Christifideles servare debent, ut Indulgentiam huius Iubilaei lucrari valeant. Quibus sedulo perpensis S. Congregatio, benigne annuente SSmo Domino, respondendum censuit prout respondet.

Dubium 1.

Inconcussi iuris est, quod operibus alias praescriptis satisfieri non potest obligationi de operibus iniunctis ad acquirendas Indulgentias, nisi aliud constet expresse de mente Concedentis; nihilominus pro hoc Iubileo oritur dubium, quia in Litteris Apostolicis legitur "praeter consueta quatuor anni tempora "tribus diebus etiam non continuis, nempe quarta, et sexta feria, et sabbato "ieiunaverint." Quaeritur an standum sit regulae generali, ita ut ad effectum lucrandi Indulgentiam omnes dies ieiunii ad quod quisque tenetur, vel dies ieiunii quatuor anni temporum dumtaxat excludantur?

℟. Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam.

DUBIUM 2.

An ieiunia quatuor anni temporum, attenta voce illa *praeter*, ultra tria ieiunia pro Iubileo expresse præscripta, habenda sint uti opus iniunctum ad Indulgentiam acquirendam?

R. Negative.

DUBIUM 3.

An iis, qui aut voto, aut praecepto, uti sunt Franciscales, aut quocumque alio titulo tenentur toto anni tempore ieiunare aliquo die ex diebus praescriptis pro Iubilaeo, suffragetur tale ieiunium ad lucrandam Indulgentiam?

R. Affirmative.

DUBIUM 4.

Cum Religiosi S. Francisci teneantur ieiunare a secundo die Novembris usque ad nativitatem Domini; quaeritur, utrum hoc decurrente tempore, ipsi possint unico ieiunio tribus praescriptis diebus facto, satisfacere duplici obligationi tum praecepti, tum Iubilaei?

R. Permittitur ex speciali Sanctitatis Suae indulto, dummodo esurialibus tantum cibis pro dictis tribus Iubilaei ieiuniis utantur, quamvis fortasse ab usu ciborum esurialium dispensationem pro dicta Quadragesima obtinuerint.

DUBIUM 5.

An idem dicendum sit pro Quadragesima Ecclesiae etiam quoad Christifideles?

R. Permittitur ex speciali Sanctitatis Suae indulto, ut in responsione ad quartum dubium, et cum eadem conditione in ea apposita.

DUBIUM 6.

Utrum ieiunium pro Iubilaeo praescriptum debeat esse ieiunium stricte sumptum etiam quoad qualitatem ciborum, sicuti ea quae ex Ecclesiae praecepto adimplenda sunt, quin tamen quis uti possit indultis, si quae pro ieiuniis Ecclesiae obtenta fuerint?

R. Affirmative, nisi aliquod speciale indultum, in quo etiam de Iubilaei ieiunio expressa mentio fiat, obtineatur.

Dubium 7.

Si quis indultum vescendi carnibus etiam pro ieiuniis Iubilaei consequatur, tenetur lege de non permiscendis epulis, nempe carnibus cum piscibus?

R. Affirmative.

Dubium 8.

An ii, qui ad statutam aetatem pro ieiunii obligatione nondum pervenerint, nec non operarii, aliique, qui ob legitimam causam ad ieiunia ab Ecclesia praecepta non tenentur, debeant ieiunare, ut Indulgentiam Iubilaei lucrentur?

R. Affirmative. Quod si iudicio Confessarii id praestare nequiverint, Confessarius ipse poterit ieiunium in alia pia opera commutare.

Dubium 9.

In Litteris Apostolicis legitur "tribus diebus etiam non continuis." Quaeritur an in hoc Iubilaeo, ob dicta verba, singuli dies ieiunii in diversas hebdomadas dividi possint?

R. In hoc Iubilaeo Affirmative.

Dubium 10.

Attenta clausula "hac vice tantum." Quaeritur an qui in censuras, et casus reservatos inciderit, una tantum vice absolvi possit, prout edixit Benedictus XIV in Constit. "Inter graviores," vel potius in hoc Iubilaeo toties quoties in censuras, et casus reservatos incurrerit absolvi possit?

R. Affirmative ad primam partem; Negative ad secundum.

Dubium 11.

An qui privilegio Bullae Cruciatae gaudet, hoc tantum titulo sine alia causa in ieiuniis Iubilaei carnibus vesci possit?

DUBIUM 12.

An saltem vesci valeat ovis et lacticiniis ?

R. Ad 11. et 12. Permittitur ex speciali Sanctitatis Suae indulto, ut ii qui privilegio Bullae Cruciatae legitime fruuntur, ovis et lacticiniis tantum in ieiuniis pro hoc Iubilaeo praescriptis uti possint, servata in ceteris ieiunii ecclesiastici forma.

Datum Romae e Sacra Congregatione Indulgentiarum et SS. Reliquiarum die 10. Iulii 1869.

A. CARD. BIZZARRI PRAEFECTUS

Pro R. P. D. Secretario

Dominicus Sarra Pro-Substitutus.

II.

Ex Decreto S. Rituum Cong. die 3 *Julii* 1869.

Dubium VIII. An Collecta de Spiritu Sancto debeat omitti in diebus primae et secundae classis ?

Resp. Negative; et in festis primae classis dici debet sub unica conclusione ; in festis vero secundæ classis, cum propria conclusione.

III.

QUEBECEN.

Rmus Dnus Franciscus Baillargeon Archiepiscopus Quebecen. Sacrorum Rituum Congregationi sequens exhibuit Dubium, nimirum. " An in Parochia, in qua praeter Parochum nullus est alius Sacerdos, si in diebus Sancti Marci et Rogationum et in Vigilia Pentecostes occurrat Sepultura quae anticipari vel differi non possit, facienda sit Sepultura sine Missa Defunctorum ; vel potius omittenda functio diei ; aut saltem Missa hujus functionis ut Missa pro Sepultura celebrari possit ? "

Sacra vero eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii rescribere rata est : *Affirmative ad priman partem, negative ad secundam et tertiam.* Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 3 Julii 1869.

C. Epis. Portuen et S. Rufinae Card. Patrizi S. R. C. Praef,
D. Bartolini S. R. C. Secretarius.

IV.

QUAESTIO.

Beatissime Pater.

Archiepiscopo Westmonasteriensi et Episcopis Angliae enixe rogantibus ut Sanctitas Vestra dignaretur declarare :

An debeat, juxta Synodi Provincialis Angliae decretum a S. Sede approbatum, confessio sacramentalis a neo-conversis in Anglia exigi, et an ea debeat esse integra ?

S. Congregatio S. R. U. Inquisitionis, decreto suo, Feria V, loco IV, die 17 Decembris 1868 dato, et a Sanctitate Vestra eadem die ac feria approbato et confirmato, respondit : *Affirmative ; et dandum esse decretum latum sub feria quinta, die decima septima junii anni millesimi septingentesimi-decimi quinti,* quoad dubium :

" An quidam Carolus Wipperman, S. Fidei Catholicae reconciliatus, sit " rebaptizandus ; et, quatenus affirmative, an absolute vel sub conditione ; et, " quatenus affirmative, an teneatur confiteri omnia peccata praeteritae vitae ; et, " quatenus affirmative, an confessio praeponenda sit, vel postponenda baptismo " conferendo sub conditione."

" Sanctissimus," auditis votis Emorum, " dixit : Carolum Ferdinandum " " (Wipperman) " esse rebaptizandum sub conditione, et, collato baptismo, ejus " praeteritae vitae peccata confiteatur, et ab eis sub conditione absolvatur."

Nunc autem humiliter quaero an decretum supra allegatum obliget non tantum in Anglia, pro qua latum est, sed etiam in hac provincia ecclesiastica et in aliis regionibus ?

Quebeci die 29 maii 1869.

† C. F. Archiepiscopus Quebecensis.

RESPONSUM.

Illme et Rme Domine.

Quoad dubium ab A. T. litteris diei 29 elapsi mensis maii propositum, atque sacramentalem confessionem attingens a neo-conversis exigendam, observandum occurrit responsum S. O. Feriae V, loco IV, diei 17 decembris elapsi anni, licet Episcopis Angliae tantummodo rogantibus datum, universalem legem continere, proindeque non solum in Anglia, sed in aliis etiam regionibus obligare. Hinc patet quod nullatenus permitti possit praedictae decisioni contraria sententia doceatur.

Romae ex aed. S. C. P. F., die 12 julii 1869.

(L † S) Al. C. Barnabo, Pr.

Joannes Simeoni Secretarius.

Je profite de l'occasion pour vous avertir que " l'extrait du Rituel," annoncé par ma circulaire du 24 septembre de l'année dernière, est maintenant imprimé, et que chaque Curé doit en avoir deux exemplaires, l'un pour sa sacristie, et l'autre pour le service des malades.

Enfin je crois devoir vous faire remarquer que les deux dernières réponses ci-dessus ont été imprimées sur une feuille à part, en page du même format que celles de notre Recueil d'Ordonnances du diocèse, afin que l'on puisse les y insérer au lieu qui leur convient, et avoir ainsi la facilité de les retrouver pour les consulter au besoin.

Recevez l'assurance du parfait dévouement avec lequel je demeure votre etc.,



✠ C. F. ARCHEVEQUE DE QUEBEC.